quod superest. In manu eius sinistra inponet super auriculam eius qui purificatur
dextram. & super extremam manum eius dextram. & super extremum pedem eius dex
trum. & post haec id quod relictum fuerit exoleo. inponet inquit sacerdos de manu sua sup
capud eius qui purificatur. uides quomodo ultime & summe purificationis est aurem
purificare. ut purus & mundus seruetur auditus & manum dextrem ut munda sint
opera nostra. ne aliquid inmundum his admisceatur & sordidum. sed & pedes purifi
candi sunt. ut ad opus bonum tantummodo dirigantur. ne cultra lapsus inuenant uias in
currant. Septies autem resperget sacerdos contra dnm exoleo. Post omnia denim
quae pro purificato celebrata sunt. postquam conuersus & reconciliatus est dō. post
immolatas hostias ordinem seruat. ut aliquid tamen super eum septemplicem scilicet in
uitaret. secundum eum quid erat. Reddemihi laetitiam salutaris tui & spū princi
pali confirma me. uel certe quō peccatorum cor dnī in euangelio testatur. a septem
dimonibus obsideri conpetenter. Septies ante dnm sacerdos in purificatione resper
get. ut expulsio septem spiritū maliginorum de purificanti corde septies excussi od
gitus oleo declaretur. Si ergo conuersis a peccato purificatio quidem per illa omnia
datur quae superius diximus. donū autem gratiae spī per oleī imaginem designatur.
ut non solum purgationem consequi possit. is qui conuertitur a peccato. sed & spū sō
repleri. quo & recipere priorem stolam & anulum possit. & per omnia reconciliatus
patri in locum filii reparari. per ipsum dnm nostrū ihm xpm cui gloria in saecula
saeculorum amen. Explicit ordo octauus. INCIPIT NONA

VIIII

De sacrificiis repropitiationis. & de duobus hircis. quorū unus sors est dnō. & unus
apompaei. qui dimittitur in heremum. & de ingressu pontificis in sancta sanctorum. Diem
propitiationis indigent omnes qui peccauerunt. & ideo inter sollemnitates legis quae
figuras continent caelestium misteriorum. una quaedam sollempnitas habetur
quae dies propitiationis appellatur. haec ergo quae nunc recitata sunt legis lectio est
sollempnitatis ipsius. quae dies ut diximus propitiationis uocata est. sed uideamus pri
mo quid sibi uellit litterae ipsius continentia. & oramus uos. si tamen tradnō suppli
cetis ut exaudiri mereamini. ut possimus accipere gratiam spī. per quam explanare
ualeamus mysteria quae continentur in lege. defuncti sunt duo filii aaron nadab
& abiud. cum offerrent ignem alienum altare dnō. necesse erat ut caelesti doctrina

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltherbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0492